



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

Parisiis, 1644

V. De habitu clericorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15653

ANNO
CHRISTI
1386.

mentibus, ad superiorem recurrant confidenter; vel saltem peritiores, vel sapientiores studeant super his diligenter requirere. Quod si non fecerint, & ex eorum incuria vel negligentia periculum aliquod emerferit, graui subiaceant ultioni.

V.

Quoniam per decentiam habitus extrinseci oportet clericos intrinsecam morum honestatem ostendere, districte prohibemus, ne aliqui clerici sine capucio capitis, bireto, cappello vel pileo cooperto in ecclesia, seu alias in publico præsumant incedere, cum hoc honestatem non deceat clericalem. Quod si quis contra fecerit, per superiorem acriter puniatur.

VI.

Canonica testatur auctoritas, quod ex maiore decore & maiori ornatu apparere debeat maioritas dignitatum. Hinc est quod firmiter inhibemus, ne clerici in publico vtantur* vario, vel illud deferre præsumant, nisi in dignitatibus fuerint, vel canonici ecclesiarum cathedralium, vel in gradu magisterii scientiæ literarum fuerint constituti. Adicientes quoque, ne ipsi clerici, maxime non beneficiati, cincturis, corrigiis, aut peris auri vel argenti ornatu habentibus vtantur, aut etiam veste, vel alio habitu indecenti.

VII.

In plerisque ecclesiis mappæ, pallæ altaris, corporalia & alia vestimenta, ac vasa diuino cultui deputata, tam inculta, tam immunda relinquuntur, vt interdum quibusdam sint horrore, contra statu-

Concil. Tom. 29.

V